



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Septem Illustrium Virorum Poemata

Amstelodami, 1672

In Baunum, detractorem carminum Cl. Viri Augustini Favoriti.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11215

I N B A U N U M,

in C. detractorem carminum Cl. Viri

AUGUSTINI FAVORITI

QUænam te mala mens, inepte Baune,
 In iras agit optimi Poëtæ?
 Quæ noxæ tibi non bene expiata
 Ad certaminis aleam protervi
 Istos exiguos cient lacertos?
 An ut pervenias in ora vulgi,
 Teque ut posteritas loquatur omnis,
 Nobili cupis interire dextrâ?
 Nimis crede mihi impotenter ardes
 Risûs materies perennis esse.
 Verùm splendida teque celsiora,
 Stulte, desine somniare fata:
 Nam loco saliumque carminumque,
 Tuis supplicia aptiora nugis,
 Informis situs, exigentque blattæ.

STE